

CAESARIS DE BELLO GALLICO

EXCERTO ORIGINAL (DISCURSO INDIRETO)

His Caesar ita respondit: *eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res quas legati Helvetii commemorassent memoria teneret, atque eo gravius ferre quo minus merito populi Romani accidissent (...). Quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim temptassent, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobrogas vexassent, memoriam deponere posse? (...) Cum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quae polliceantur facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satis faciunt, sese cum iis pacem esse facturum.*

DISCURSO DIRETO

His Caesar ita respondit: *eo, inquit, mihi minus dubitationis datur, quod eas res quas commemorastis memoria teneo; atque eo gravius fero, quo minus merito populi Romani acciderint (...). Quod si veteris contumeliae oblivisci velim, num etiam recentium iniuriarum, quod me invito iter per provinciam per vim temptaveritis, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobrogas vexaveritis, memoriam deponere possum? (...) Cum ea ita sint, tamen, si obsides a vobis nobis dentur, uti ea quae pollicemini facturos vos intellegam, et si Haeduis de iniuriis quas ipsis sociisque eorum intulistis, item si Allobrogibus satis facitis, ego cum vobis pacem sum factururus.*